



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Baptistae Mantuani Carmelit[a]e de patientia aurei libri
tres**

Baptista <Mantuanus>

Dauentrie, 1515

Secunda causa flagellorum ca.xii

urn:nbn:de:hbz:466:1-30534

Liber Secundus.

siti sordere desineret. Quod ut ita esse cōperias, lege Judith historiam, vix quid Achior dux Amonitarum Holopherni, de Iudeorum gente cōsultati rēderit. Dixit namque, quociescunque preter ipsorum Deus suorum alter coluerunt, dati sunt in praeda, in gladium et in opprobrium, quociescunque autem penituit eos recessisse a cultura Dei sui, dedit eis Deus coeli virtutes resistendi. Ecce quo pacto alienigenarum quoque testimonio (erat enim Achior alienigena) flagellat homines Deus, ut ad poenitentiam adducat. Nec desunt ad hoc testimonia ex Machabeorum libro quae Iosephus, is qui antiquitates edidit, descripsisse dicit, ait enim. Obsecro autem eos, qui hunc librum lecturi sunt, ne abhorrescant propter aduersos casus. Sed reputent ea quae acciderunt, non ad interitum, sed ad correctionem esse generis nostri et enim multo tempore non sinere peccatores eximia agere, sed statim ultiones adhibere, magni beneficii, haec ille. Legimus Attilam Hunnorum regem ferocissimum eorum tantis cladibus vastaret Italiae dixisse, se quod re vera erat flagellum Dei esse. Legimus et in recentioribus historiis Lamerlanum Tartarorum (qui Schytae sunt) regem cum rei bellicae successu inflatum. Paciatem Turcorum imperatorem, bello captum quasi ferae cauea inclusum secum quocumque castra mouisset circumferret, dicere solitum, se esse dei iram, et orbis vastitatem. Memoria proditum est Hannibalem cum flagranti odio festinaret ad Italos, apparuisse in somnis serpentes horrendae magnitudinis, quia tergo sequens exercitum nemora et saltus ingenti fragore prosterneret quod aliud erat serpens ille terribilis, quam Hannibal ipse, cuius ministerio volebat deus totius Italiae flagitia.

Secunda causa flagellorum

Ca. xij.

O Deus etiam homines non nunquam asperius tractat, non ut peccatorum rubiginem abstergat, quam non habent, sed ne imminente sorte se inquinent, ea diligentia in nos, versus quam nos in seruandis cibis adhibemus, solem enim carnes quas sumus in plures dies seruaturi, aut sale perfundere, aut aceto immergere, aut frigidissimo in loco suspendere. Solebat etiam antiqui mortuorum corpora myrrha pungere, quoniam his omni-

Libet Secundus

nib⁹ cōtra putrefactionē virtus inest. Sic nimiruz flagella diuina
contra futurā culpaz singulari solēt esse remedia. Hinc Paul⁹, et ne
magnitudo inquit reuelationuz extollat me, dat⁹ est mihi stimulus
carnis meę spirit⁹ sathanę q̄ me colaphizet, legisse me memini, locū
nō memini, quendā viz sanctissimuz a dēmonio, qđ suis tūc merit⁹
ab energumino quodam expulerat fuisse arreptū, et id pro remedio
factuz a deo, ne scilicet tāte gratię miraculo elar⁹ gratię statuz amitte-
ret, quem habebat,

¶ Tertia causa flagellorum

¶ Ca. xij.

SAepe numero de⁹ profectui nrō semper intētus, sicut a qui
la puocās pullos ad volādūz, vt nos alri⁹ prouehat, terren⁹
voluptatib⁹ priuat, sic sit vt mēs q̄ in his humilibus terre bonis cib
buz nō inuenit, sublimis vt pascat ascēdit, et hęc cum plerisq; alijs
sanctoz, tuz p̄cipuo diuo Hieronymo ad perfectionē via fuit. Hiero-
nym⁹ eniz dū intēpesta nocte ad psalmodiā de more consurgeret,
muliebz vestez ab emulis clā suppositaz, nihil tale suspicat⁹ induit
et in eo habitu dū strēnuus Christi miles in eccliam sine mora se p̄-
ripit, choz cantātūz igressus, patuit cōtumelię nō vulgari, non tñ
aio fract⁹ nec victus a malo, sed vincēs in bono malū. Sapiētia em̄
vincit maliciā, cū sancto Jacob, cessit ire, cessit insidijs, Hierosolimā
prexit, heremū incoluit, testamēta trāstulit, et mirabilis vite sancti-
tate clar⁹ nonagenari⁹ obiit. Sic et nos solem⁹ aliqñ euntez equum
calcarib⁹ vt celerius gradiat⁹ vrgere, de hoc aut tentatiōis gñe Grego-
gorius in Ezechielem loqns ait. Qđ flagellū grano, qđ formax auro
qđ lima ferro, hoc facit tribulatio viro iusto, itez pcutimur in via,
ne viā pro patria diligamus. Et itez, tolerādi ergo vbiq; sunt proxi-
mi. qz Zibel fieri non p̄t, quez Chaim malicia nō exercet.

¶ Quarta causa flagelloz

¶ Ca. xiiij.

Oatur etiā bonis aduersitas, vt ad alioz pfectuz p̄ eas tanq̄
p̄ indicez magis eoz pateat integritas. Ad qđ ostendendū
duoz hoīm clarissima p̄ferētur exēpla, Dabzaā: i. et Job eius con-

H j